

quæ & mihi magis probatur, veram esse.
 18 Declaratur tertio, ut non procedat in medio f. causa.
 Nam tunc nõ plus fauemus reo, quam actori, sed æqua-
 liter eos tractamus. Ita Bart. Ang. & Cast. quos refert
 lafon in d. l. de die, in princ. nu. 2. ff. qui falsid. cog. qui
 col. 3. versic. capio secundum membrum, idem affirma-
 nit confutata vna argumentatione. Idem docuit Dec. in
 l. fauorabiliores, nu. 5. & ibidem Cognolus nu. 8. de
 reg. iuris, idem Decius in c. ex literis, nu. 5. de prob. Quo
 circa maiores f. dilaciones ad probandum dari solent
 in causis civilibus, reo quam actori, l. vlt. vbi Imol. & Alex.
 col. 1. ff. de ferijs, lafon d. l. de die, in princ. col. 3. versic. 2.
 fallit. Dissentit tamen ab hac opinione Alciat. in d. præf.
 44. nu. 9. ob id., quod hac declaratione minus coangu-
 stetur regula d. l. fauorabiliores. Extant tamẽ aliqui casus,
 in quibus magis fauemus reo, quam actori, etiam in
 medio cause, sicut quando dantur dilaciones. Nam duæ
 dari solent f. actori, tres vero reo, l. vltim. ff. de ferijs. vbi
 Alex. col. 1. in fin. post Imolam, gl. in c. cum ad sedem, de
 restit. spoliat. & lafon d. l. de die, in princ. col. 3. versic. 1.
 fallit, ita etiam inquit idem lafon, reo petmissum est, f.
 lite adhuc non contestata, examinari facere testes ad æ-
 ternam rei memoriam, quando testes sunt recessuri, vel
 quando in extremis laborant, ne reo. fortuitis casibus
 subtrahatur probatio, l. facultas, C. de iure fisci, lib. 10.
 Et tamen diuersum est ex parte accusatoris, c. quoniam
 frequenter, vbi gl. in verbo civiliter, vt lite non conte-
 stat. & ibid. Bald. col. 3. & lafon præcitato in loco, & ali-
 qua scripsi in commentarijs de Arbitris iudicum, lib. 2.
 Et præterea (subiungit lafon in d. l. de die, in princ. col.
 3. versic. tertio fallit.) prædictos testes ad perpetuam rei
 memoriam examinatos pro reo, publicari etiam posse,
 quod fortius est, l. in lege Aquilia, S. si delictum, vbi Bar.
 ff. ad legem Aquil. Diuersum est in actore, d. c. quoniam
 frequenter, vbi Bald. col. 4. & Felinus nu. 20. Extat &
 alter casus, in quo magis fauemus reo, quam actori in
 medio cause, nempe in editione rationum, & in strum-
 entorum, quam reus non tenetur facere actori, l. l. qui ac-
 cusare, & l. vlt. C. de ed. Et tamen actor tenetur ea edere
 reo, leg. non est nouum, & l. iustum, & dicta l. vlt. C.
 de ed. & ibidem Doct. d. l. de die, in princ. col. 3. versic.
 Declaratur quarto, ut non procedat hæc præsumptio
 in foro animarum. Nam tunc fit interpretatio, & sumitur
 præsumptio contra reum, ex quo tutior est pro salute ani-
 mæ. Ita gl. in cap. l. de scriptorio. Et in specie sic declar-
 ant Decius in c. ex literis, nu. 6. de probat. & Alciat.
 de præsumpt. c. 3. præsumpt. 44. nu. 12. qui quidem
 Alciatus subiungit, non solum procedere in foro animæ,
 sed etiam in foro canonico, quoad penam suspensio-
 nis a divinis, cap. presbyterum, cap. significasti, l. 2. & c.
 ad audientiam, de homicidio: & respondit Comen-
 sis in consil. 4. colum. vltim. in princip. Et hæc intelligit
 Dec. præcitato in loco procedere, quando sumus in du-
 bio, cum scilicet non constat de delicto, sedus vero quæ-
 do constat, quia tunc etiam in foro conscientie & cano-
 nico, mitior pena est iudicanda. Ita Decius post Abba-
 tem ibidem. Et ad declarationem hæc pertinent, quæ
 dicemus infra lib. 5. præsumpt. 3. dum explicabimus res-
 gnam l. merito, f. pro socio.
 24 Declaratur quinto, ut locum nõ habeat hæc præsum-
 ptio, quando est dubium super reiditacione iudicis,
 & index ante eam fundatam cognoscit. Nam tunc non
 plus fauemus reo, quam actori. Ita in specie declarant
 Alex. & lafon d. l. de die, in fine princip. ff. qui falsidat.
 cog. & Alciat. in d. præsumpt. 44. in fine. l. 1. m. 3.
 Declaratur sexto, ut non habeat locum hæc præsum-
 ptio, quando f. constat de delicto. Nam tunc reo non fa-
 uemus, sed potius condemnandus est, quam ab soluen-
 dus. Ita Neuzam libro 6. sylvæ nuptia. nu. 47. versic.
 intellige secundõ, qui sic declarat traditionem Bart. in
 l. quemadmodum, num. 11. C. de agric. & censu. lib. 11.

l. quemadmodum, num. 11. C. de agric. & censu. lib. 11.
 Cum dixit legem pœnalem esse extendendam, cum agitur
 de fauore publico, vt delicta puniantur. Et a peritius
 idem Bart. in l. Lucius, S. exercitum, nu. 2. ff. de his, qui
 norant. infam. scripsit, quod quando f. constat delictum
 fuisse perpetratum; permilla est extensio, vt puniatur,
 ne alioqui delictum maneat impunitum, & Bart. secuti
 sunt Ruin. consil. 6. num. 5. & num. 11. lib. 5. Dec. in consil.
 52. num. 9. Gozad. in consil. 5. num. 6. & Didac. lib. 1. va-
 riarum resol. cap. 1. num. 5.
**Iudicium subterfugens, probationes occultans, quan-
 domalam fouere causam præsumatur,
 eoregia tractatio?**
 S V M M A R I V M.
 1 Iudicium subterfugens, præsumitur de sua iustitia diffidere.
 Et aliquando puniatur tanquam calumniator, num. 2.
 2 Actor non comparens in termino, ad quem citatus reum, ex
 causa iniusta præsumitur abesse, num. 3.
 3 Occultans iura, & instrumenta, præsumitur fouere malam cau-
 sam.
 4 Testamentum diu occultatum præsumitur falsum. Idem de
 emancipatione, num. 6.
 5 Iudicium mouere, qui distulit diu, præsumitur fouere malam
 causam.
 6 Reus diu differens, opponere exceptiones, præsumitur fouere
 malam causam. Idem in differente querelam falsi propone-
 re, num. 9.
 7 Aduocatium aduersario subrahens, præsumitur fouere malam
 causam.
 8 Testibus volens probare, quod potest instrumentis, præsumitur
 fouere malam causam.
 9 Testes paucos examinari faciens, multis presentibus negotio,
 suspectum se facit. Idem si eos, qui de solo audietu audis, cum
 alij vel viderint, vel audierint, ad sunt, num. 13.
 10 Presentem se iudici pro tribunali sedenti, considerare de iure
 suo, nec contumacem iudicari.
 11 Vocatus in iudicium, non veniens, iudicem contemnere præ-
 sumitur.
 12 Presentans se sponte iudici, innocens præsumitur.
 P. R. A. E. S. V. M. P. T. I. X. C. I.
 Q V I iudicium subterfugit, de sua iustitia diffidere præ-
 sumitur, inquit Gelasius in c. Christianis, in fine.
 1. & Bonifacius in c. nullus, de præsumpt. referri
 potest in hæc verba: Nullus dubitat, quod ita iudicium nõ
 cens subterfugit, quemadmodum vt absolute, quæ sit
 innocens quærit. Confiteretur enim de omnibus, quisquis
 subterfugere iudicium dilacionibus putat. Hæc ille. Quo
 loci Abb. Felin. & reliqui, multa ad rem hæc scripserunt,
 istad maxime ex Bald. in cap. in presentia, colum. pen-
 ult. de præsumpt. qui dixit, quod ille, qui de innocentia con-
 fidit, non vadit per mendicata suffragia; sed se separ-
 vt veritas inquiratur, & respondit Ruin. in consil. 169.
 num. 2. quem secutus est Afflic. in decis. 13. nu. 21. Quo
 circa subterfugens iudicium, aliquando f. puniatur tan-
 quam calumniator; s. oportet autem, versic. tamen is, ff.
 authen. quomodo oportet episc. Archid. in c. cum olim,
 versic. quid iudici, de hæret. in 6. & Lucas de Penna in l. 3.
 vers. 134. præsum. C. de apoch. publ. lib. 10. Huc facit quod
 scripsit Io. Andr. in c. r. de dolo & contum. in 6. cum di-
 xit; quod is qui non f. comparuit in termino, ad quem
 citatus fecit reum; præsumitur abesse ex iniusta causa, a-
 que ita subterfugere iudicium. Ita pariter dicimus, præ-
 sumi f. fouere malam causam, qui occultat iura, & instru-
 menta. Bart. in consil. 35. col. 2. lib. 3. Afflic. in decis. 13.
 nu. 22. Paris. in consil. 1. nu. 17. & 29. lib. 3. Craue. in
 consil. 6.

consil. 6. num. 8. in consil. 131. nu. 17. & nu. 34. & in consil.
 298. num. 11. & Plotus in l. si quando, num. 389. nu. 613.
 & nu. 577. C. unde vi, qui his similia congerunt. Et hæc
 occultatio coniecturis, & præsumptionibus probatur.
 Ita Parisus in consil. 57. num. 33. lib. 1. Et Rota Rom. de-
 cif. 118. in 1. parte in nouissimis.
 1. Et simile, quod dicimus, testamentum diu occulta-
 tum, f. præsumi falsum ita respondit Barbat. in consil. 88.
 col. pen. l. b. 4. & simile etiam censuit Bald. in leg. fraud.
 num. 1. ff. de legibus, emancipationem diu f. occultatam
 præsumi falsam. Et habet locum præsumptio hæc contra
 mulierem, & rusticum, Roman. consil. 406. col. 1. &
 Crauet. in consil. 178. num. 5.
 7. Ita quoque præsumitur fouere malam causam, f. qui
 diu distulit mouere iudicium, quod iam antea mouere
 debebat aduersus eos, qui ea de re, & negocio instruci
 erant. Exemplum in eo, qui viuo debitore petere poterat,
 & tamen adeo diu distulit petere, vt ille vita defunctus,
 quod fecisse præsumitur vt peteret ab heredibus minime
 instructis, & quibus cognita non sunt exceptiones, suo
 antecessori competentes, vel quando tandiu distulit age-
 re, quæ aduersario perierint defensiones. Ita gl. in Clem.
 sep̄. 5. & quia, in verbo, non obstante, in ff. de verb. sign.
 egregie tradunt Afflic. in decis. 13. nu. 21. vers. 9. con-
 iectura, & decis. 58. in fin. Moderni Parisenses in tract.
 de usuris, num. 187. Put. in decis. 245. nu. 2. lib. 2. & Pa-
 ris. in consil. 83. nu. 27. lib. 1. qui respondit, contra eum
 præsumi, qui cum ahereret se creditorem, distulit pete-
 re, donec debitor esset vita functus, alios referam infra
 libro sequenti in præsumpt. 135. nu. 7. Extat celebris
 locus apud Ciceroem in oratione pro P. Quintio, cuius
 verba adscripsi. In hac re, te inquam, testem Neui ci-
 tabo, annum & eo diutius post mortem C. Quintij fuit
 in Gallia tecum simul Quintius, doce te petijisse ab eo ista,
 nescio quam innumerabilem pecuniam, doce aliquan-
 do mentionem fecisse, dixisse debere, debuisse conceda-
 mus, Moritur C. Quintius, qui tibi, vt vis, certis nomini-
 bus grandem pecuniam debuit, heres eius P. Quintius
 in Galliam ad te ipsum venit in agrum commune, eo
 denique, vbi nõ modo res erat, sed ratio quoque omnis
 & omnes literæ. Quis tam dissolutus in re familiari fuis-
 set? quis tã negligens? quis tam tui Sexte dissimilis? qui
 cum res ab eo, qui contraxisset, recessisset, & ad heredem
 peruenisset, non heredem cum primam vidisset, certio-
 rem facere? appellare? rationem afferret? si quid in-
 controuerfam veniret, aut intra parietes, aut summo
 iure experiretur. Itane est? Hæc Cicero, qui & alijs mul-
 tis inuehebatur in Sextum Næuium, sed pauca hæc
 afferre volui. Non est dissimile, quod dicimus, f. reum
 ipsum conuentum præsumi fouere malam causam, quã-
 do diu distulit opponere exceptiones. Ita responderunt
 Anch. in consil. 234. col. 1. Castr. in consil. 281. In causa ista
 quinque, col. 1. & consil. col. 3. lib. 1. & Crauet. in con-
 sil. 65. num. 8. in consil. 75. nu. 9. & in consil. 12. nu. 16.
 Ita pariter præsumitur contra eum, qui distulit propo-
 nere f. querelam falsi, vt dicemus infra lib. 6. præsumpt.
 19. vbi de falsi crimine differemus. Simile tradit Rebuf.
 in comment. ad Regias constitutiones Galliarum, tomo pri-
 mo, in tit. de sent. executio. art. 3. gl. 2. nu. 3. in fine, cum
 dixit, quod differens opponere exceptione nullitatis, in
 executione sententiæ, præsumitur calumniose distulisse,
 ex quo antea opponere poterat. Simile etiã tradit Anch.
 in c. 1. nu. 7. de frig. & malef. & ibidem Abbas. Sic dici-
 mus præsumi fouere malam causam, qui aduersario f. ad-
 uocatium subtrahit, l. prouidendum, S. vlt. C. de postula.
 & tradit Io. Andreæ in additio. ad Spec. in tit. de præf.
 S. species, nu. 5. in verbo, in prædictis concord. qui dixit
 hanc esse solius hominis præsumptionem, quod sensit &
 gl. in d. S. vlt. cum dixit, subtrahentem hunc non puniri
 ex hac præsumptione. Et idem tradit Lucas de Peña in

l. quemadmodum, in 114. ampliat. C. de agric. & censu.
 lib. 11. & Mascard. in conclus. 275. ita quoque subtrahens
 probationes aduersarij præsumitur fouere malam cau-
 sam. Ita Io. de Turrecremata in c. si quis, num. 1. 3. q. 7.
 Huc etiam pertinet, quod responderunt Cur. Iun. in consil.
 74. col. 3. & Craue. in consil. 178. nu. 5. cum dixerunt, præ-
 sumi illum malam causam fouere, qui vult f. testibus pro-
 bare, quod instrumentis probare potest. Et simile respo-
 dit Aret. in consil. 63. col. 6. vers. præterea cum in matri-
 monio. & in consil. 82. col. 3. vers. nisi forte obflaret, cum
 dixit, esse suspicionem contra eum, qui examinari fecit
 f. paucos testes, cum tamen multi fuerint præfentes in
 negotio. Et simile ex hac traditione Aretini scripsit
 Craue. in tract. de antiq. temp. 11. particula primæ partis
 principalis, nu. 8. cum censuit, præsumptionem esse con-
 tra eum, qui examinari fecit testes f. deponentes de so-
 lo auditu auditus: cum potuerit examinari facere testes
 illos, qui vel suis oculis viderunt, vel auribus audierunt.
 His etiam accedit, quod is præsumitur fouere malam
 causam, qui omnes ciuitatis aduocatos, & causarum de-
 fensores occupat, l. prouidendum, C. de postulan. & ibi
 annotauit Castr. & respondit Neuz. in consil. 37. in fin.
 E conuerso autem ad iam explicata, dicimus a iure
 præsumi, quod ille, qui se f. presentat iudici pro tribu-
 nali sedenti, confidat de iure suo, nec contumax iudica-
 ri possit. l. Diuus, ff. de in integrũ restit. Et quemadmo-
 dum vocatus f. ad iudicium si non iuit, iudicem contem-
 nere præsumitur. Ita contra, si citõ ad iudicem iuit, nõ
 contemnere creditur, & ob id ad ius suum, causamque, præ-
 stituitur, vt declarat Bart. in d. l. Diuus, nu. 7. Hanc præ-
 sumptionem esse iuris & de iure, scripsit Io. And. in ad-
 ditio. ad Spec. tit. de præsum. S. species, nu. 5. in verbo, in
 prædictis concordantibus, vers. 3. Ita dicimus eum, qui
 se iudici sua sponte f. presentat, innocentem a crimine
 præsumi. Ita Capolla in consil. 31. nu. 8. in criminalibus,
 Marf. in tract. criminali, S. diligenter, nu. 204. M. Anto-
 nius Blancus in tract. crim. in 1. parte defensionis, num.
 131. Iacob. Nouell. in tract. criminali, in 1. parte defen-
 sionis, sub tit. ad defensionem, incipit. His hæcõs exami-
 natis, & hanc coniecturam confirmat egregie locus M.
 Cicerois in oratione pro Milone, cuius verba hæc sunt.
 Quod si nondum satis cernitis, cum res ipsa tam cla-
 ris argumentis, signisque luceat; pura mente atq; inte-
 gra Milonem nullo scelere imbutum, nullo metu perter-
 ritum, nulla conscientia exanimatum Romam reuertisse.
 Recordamini per deos immortates, quæ fuerit celeritas
 reditus eius, qui ingressus in forũ ardente curia; quæ
 magnitudo animi, qui vultus, quæ oratio. Neque verõ
 se populo solum, sed etiam Senatui tradidit, neq; Sena-
 tui modo, sed etiam publicis prædijs & armis, neque
 his tantum, verum etiam eius potestati, cui Senatus to-
 tam Rempublicam, omnem Italia; pubem, cuncta po-
 puli Romani arma commiserat, cui nunquam profecto
 tradidisset, nisi cause suæ confideret, præsertim omnia
 accidenti, magna metuenti, multa suspicanti, nõ multa
 credenti: Magna vis est conscientia; iudicis, & magna
 in vtramque partem, vt neque timeant, qui nihil commi-
 serint, & penam semper ante oculos putent, qui pec-
 carint. Hæc M. Cicero.
**Pignora à iudice assignata victori ob causam iudicatis,
 præsumi pro toto ipso debito assignata?**
 S V M M A R I V M.
 1 Pignora à iudice victori assignata, pro toto debito assignata
 præsumuntur, & ratio redditur, num. 2.
 3 Pignore conuentionali non transit dominium, nisi pro valore
 & quantitate pignoris, secus in pignore iudiciali, ac prætorio.
 4 Pignora limitatè assignata à iudice pro certa quantitate, non
 præ-

præsumitur pro toto debito assignata. Idem si creditor pro-
refertur, se pignus nolle, nisi pro suo iusto valore, num. 5.

PRÆSUMPT. XCII.

CVM victori, qui sententiam pro se obtinuit, pigno-
ra assignantur a iudice in causam iudicati, pro to-
to debito assignata præsumuntur, l. a Diuo Pio. §. si pi-
gnora, ff. de re iudic. quo loci annotarunt gloss. Imola,
Alex. & Ias. nu. 2. & 5. hanc esse præsumptionem iuris, &
de iure, quæ non admittit probationem in contrarium,
vt scripsi ex hoc textu superiore libro quæst. 60. Idem
præter Imolam, Alexandrum, & Iasonem affirmarunt
Lucas de Penna in l. 3. in præsumpt. 172. C. de apochis
publ. lib. 10. Euerardus in centuria legali, in loco a veri-
simili, nu. 18. in fine, & sensu Parisius in conf. 42. nu. 16.
lib. 1. Et huius præsumptionis ea est ratio, quia in pi-
gnore iudiciali, & prætorio, ad iudicationem facta per iu-
dicem, dominium transit in creditorem, & pignus effi-
citur suum, quæ si æstimatum pro toto suo credito. Cre-
ditor ergo sua ipsa voluntate sibi præiudicauit in residuo.
Et hinc apparet manifesta differentia inter pignus hoc
iudiciale, vel prætorium, & pignus conuentionale. Nam
in pignore ipso conuentionali minus idoneo, pro inte-
gro credito constitutum est, ne creditor in residuo sibi
præiudicet, l. creditor qui non idoneum, ff. si certum pe-
tatur, & l. 1. C. de pignoribus. Et est ratio, quia in hoc
pignore conuentionali non transit dominium, nisi pro
valore, & qualitate ipsius pignoris, l. neque pignus, ff. de
reg. iuris. In iudiciali vero, & prætorio dominium tran-
sit in totum. Ita Ias. in d. §. si pignora, nu. 2. Et si Dec.
in d. l. creditor, qui non idoneum, numer. 5. ff. si cert. pet.
rationes has visus sit improbare. Et alia scribunt Zasius
in d. §. si pigno. Alciat. in d. l. creditor, & lib. 6. paradox.
c. 3. Duaren. lib. 1. dispu. annu. c. 6. & Rober. Aure-
lianus lib. 1. sent. iuris, c. 22. quibus demonstrant alium
esse sensum d. §. si pignora.
Declaratur primò hæc præsumptio, vt locum habeat
quædo ipse iudex simpliciter assignauit hoc pignus cre-
ditori in solutum, secus verò quando præsumptio. Ita
in specie declarat Bald. in l. ordo, in 2. notab. C. de exe-
cut. rei iud. & post alios Ias. in d. §. si pignora, num. 5. Est
ratio, quia limitata causa limitatum parit effectum, l. in
agris, ff. de acq. rerum dom. Et verè hic sumus in claris,
in quibus non est opus coniecturis.
Declaratur secundò, vt locum non habeat hæc præ-
sumptio, quando ipse creditor præsumptio, vt locum habeat
quædo ipse iudex simpliciter assignauit hoc pignus cre-
ditori in solutum, secus verò quando præsumptio. Ita
in specie declarat Bald. in l. ordo, in 2. notab. C. de exe-
cut. rei iud. & post alios Ias. in d. §. si pignora, num. 5. Est
ratio, quia limitata causa limitatum parit effectum, l. in
agris, ff. de acq. rerum dom. Et verè hic sumus in claris,
in quibus non est opus coniecturis.
Declaratur primò hæc præsumptio, vt locum habeat
quædo ipse iudex simpliciter assignauit hoc pignus cre-
ditori in solutum, secus verò quando præsumptio. Ita
in specie declarat Bald. in l. ordo, in 2. notab. C. de exe-
cut. rei iud. & post alios Ias. in d. §. si pignora, num. 5. Est
ratio, quia limitata causa limitatum parit effectum, l. in
agris, ff. de acq. rerum dom. Et verè hic sumus in claris,
in quibus non est opus coniecturis.

Rem datam a reo debitore condemnato, creditori pro
executione sententiae, præsumi loco pignoris,
& non in solutum datam.

SVMMA RIVM.

1 Debitor condemnatus ad certam quantitatem, dans rem aliquam
creditori, loco pignoris dedisse præsumitur. Idque etiam si res
esset eiusdem cum debito æstimationis, num. 2. & quando id
locum non habeat, num. 4. 5. & 7.
2 Pignus in dubio præsumitur idoneum & sufficiens.
3 Verbum, assigno, significat dationem in solutum.

PRÆSUMPT. XCIII.

Hic loco satis conuenit, vt paucis differamus, quæ-
do debitor ad certam quantitatem condemnatus,
rem aliquam dat creditor suo, pro executione senten-
tiæ. an præsumatur dedisse in solutum, vel loco pigno-
ris, donec satisfaceret. Et præsumi datam præsumitur
res ipsa eiusdem esset æstimationis, qua ipsum debitum,
attamen adhuc data præsumitur loco pign. Ita Afflic. in
d. decif. 373. num. 2. Ea ratione motus est Afflic. quia
in dubio præsumitur idoneum, & sufficiens, l.
2. vbi gl. in verbo, redigere. C. de pigno. & Alex. in l. cre-
ditor, ff. si cert. pet. & ibidem Dec. nu. 1. Ceterum si re-
pendatur, ab Afflic. dissentit ibi Vrsillus in addi-
tionibus, num. 5.
Declaratur primò, vt non habeat locum hæc præsum-
ptio, quando iam debitor in eo instrumento, quo se
debitorem constituit, dedisset facultatem ipsi creditori
capiendi sua auctoritate rem illam, & retinendi eam in
solutum. Et creditor rem illam consecutus est a debito-
re, diuque possedit. Hoc sanè casu præsumitur iusto pre-
tio, & ex titulo præambulo possidere, eamque habuisse,
iuxta l. quædam mulier, ff. de rei vend. Ita in specie de-
clarat Vrsillus in additionibus ad dicta Afflic. decif. 373.
nu. 1. Declaratur secundò, vt locum non habeat hæc præ-
sumptio quando ex aliquibus verbis conijci posset, debi-
torem dare voluisse in solutum, non autem in pignus, si-
cuti quando dixisset, assigno tibi pro debito meo rem il-
lam. Nam verbum hoc, assigno, significat dationem in
solutum. Ita auctoritate multorum scripsi in consil. 20.
nu. 6. lib. 3. Et ibidem nu. 9. idem dixi, quando debitor
dixisset, se rem tradere cum cessione iurium, & transla-
tione dominij. Et alia plura in discursu illius responsi
scripsi, quæ ad rem hanc pertinent.

Sententia acquiescisse condemnatum, quibus signis
& coniecturis apparere possit.

SVMMA RIVM.

1 Condemnatus petens, vel faciens aliquid quod sententiæ execu-
tionem respicit, præsumitur sententiæ acquiescisse.
2 Pretium dans, vt actor ab accusatione desistat, videtur deli-
ctum fateri.
3 Condemnatus acceptans terminum a iudice condemnante assi-
gnatum, non præsumitur appellationi interponende renun-
ciare.
4 Condemnatus ad actum negatiuum, non faciendo, sententiam
tamen approbare non præsumitur.
6 Condemnatus non appellans, facit sententiam transire in rem
iudicatam.
Vel si appellauerit quidem, & postea renunciauerit appella-
tioni, num. 6.

Condemnatus præsumitur acquiescisse sententiæ, quæ
aliquid petit, vel facit, quæ sententiæ executione
respiciunt, vt puta si petit a iudice terminum ad solu-
endum, l. ad solutionem, C. de re iud. & tradunt Lucas de
Penna in l. 3. in præsumpt. 113. C. de apochis publ. lib. 10.
Calcan. in conf. 22. nu. 8. Soc. Sen. in conf. 220. in fin. lib.
2. Dec. in conf. 618. nu. 2. Crau. in conf. 76. in fine, in cof.
261. nu. 3. in conf. 276. nu. 2. & in conf. 278. col. 2. verf.
5. dico, Alciatus in respon. 377. nu. 10. & Tiraq. in tract.
de retractu conuentio, §. 1. gl. 2. nu. 61.
Et hæc quidem præsumptio locum habet multò ma-
gis quando is condemnatus soluit re ipsa, totù vel par-
tem eius, ad quod condemnatus fuit. Ita Dec. in d. conf.
618. nu. 2. Cum plus sit soluere, quam petere termi-
num ad soluendum, & saltem quoad approbationem
actus, & sententiæ procedat a pari, vt in specie respon-
dit Crau. in d. conf. 76. in fine. Et comprobatur eo simi-
li quo dicimus, quod accusatus, qui pretium dedit, vt
ab accusatione desistat accusator, fateri dicitur delictum,
l. in fisci causis, ff. de iure fisci, & tradit Alexand. in leg.
transigere, nu. 1. C. de transact.
Extenditur hæc præsumptio, vt locum habeat etiam
quando condemnatus petijt dilationem per suum pro-
curatorem. Ita Marf. in sing. 186. Tu scis, post Bellame-
ram & Fel. quos refert.
Declaratur primò, vt non habeat locum, quando ip-
se iudex assignauit reo condemnato terminum ad
soluendum, & ipse condemnatus acceptauit terminum
ipsum. Nam tunc præsumitur quidem renūciasse appel-
lationi interpositæ, sed non interponendæ. Ita declarat
Soc. Sen. in d. conf. 220. in fin. lib. 2. post Inn. & alios, quos
recenset, & copiosè differit Fel. in d. c. quo ad consulta-
tionem, nu. 5. 6. 7. vbi declarat.
Declaratur secundò, vt locum non habeat in actu ne-
gatiuum, vt si quis fuit condemnatus, ne solueret, vel ne
rem alicui traderet, & is condemnatus non soluit, nec
tradidit. Hoc sanè casu non præsumitur ex eo actu nega-
tium approbare sententiam. Ita egregiè Innoc. in c. cum
olim, il. 3. de restit. spol. quem secutus est Socin. Sen. in d.
conf. 220. num. 1. lib. 2.
Declaratur tertio, vt non procedat in appellante a
sententiæ excommunicationis, & eam obseruante. Nam
iste non dicitur approbasse, & ratificasse sententiam. Ita
post alios Felin. in d. c. quoad consultationem, num. 7.
verf. datur alia.
Declaratur quarto, vt locum non habeat, quando per
errorem petita fuit dilatio ad soluendum, vel errore si-
milis actus factus fuit. Nam tunc non dicitur approbasse
ipfam sententiam. Ita idem Fel. in d. c. quoad consulta-
tionem, num. 7. in fin. verf. limit.
Declaratur quinto, vt non procedat, quando condē-
natus coactè soluit, vt si nec appellare, nec alio remedio
impedire potuit executionem sententiæ. Nam tunc solu-
endo non præsumitur eâ approbasse. Ita Imola in con-
sil. 144. nu. 1. & conf. 148. col. pen. verf. item non obstat.
& in conf. 146. nu. 9. in fin. & Fulgos. inter eiusdem Imolæ
consilia in conf. 147. nu. 14. Marfil. sing. 89.
Est & aliud signum approbatæ sententiæ, quando
condemnatus non appellauit. Nam tunc dicitur snia
in iudicatu transiisse, l. is qui. C. de appellat. c. quoad
consultationem, de sent. & re iud. vbi latè Doct. & Cra-
uet. in consil. 79. nu. 3. & manifestius Lucas de Penna in
l. 3. in præf. 86. C. de apoch. publ. lib. 10. Idem est, quædo
condemnatus non appellauit intra terminum, l. qui ab-
sente, C. de procur. & tradit Lucas de Penna in d. l. 3. præ-
sumpt. 114. Qui traditionem hanc intelligit procedere
etiam eo casu, quo hic appellauit intra terminum: sed
deinde intra 30. dies non comparuit, vt peteret instan-

ter sibi dari apostolos, seu literas dimissorias, iuxta c. ab
eo, de appellat. in 6. & scribunt Innoc. & Archid. in cap.
cordi. de appell. in 6.

Est & aliud signum approbationis sententiæ, quando
condemnatus appellauit, sed deinde ipsi appellationi
renunciauit. Nam tunc censetur fateri se iuste condem-
natum, atque ita sententiæ acquiescere dicitur. Ita Bal.
in c. 3. §. iudices, in fine de pace iuram. firman. quem se-
cutus est Tiraq. in tract. de legibus conubial. in glof. 5.
num. 69. & scripsi in conf. 961. in 2. conclus.

Appellatio, an & quando præsumatur intra
debitum tempus interposita?

SVMMA RIVM.

1 Condemnatus sententiæ iudicis, intra decem dies appellare de-
bet.
2 Appellatio intra decem dies interposita præsumitur, Baldo ta-
men cum alijs dissentiente, num. 3.
4 Appellandi tempus intra decem dies, censeri de substantia ip-
sius appellationis.
5 Dicitur, & quando stet continuatiue, vel augmentatiue.
6 Dies decem ad appellandum currunt de momento ad momen-
tum.
7 Absens appellans post 20. dies a tempore late sententiæ præsu-
mitur appellasse intra decem dies a tempore scientiæ.

PRÆSUMPT. XCV.

Iudicis sententiæ condemnatus appellare hodie de-
bet intra decem dies, c. concertationi, de appell. in 6.
Quare dubitari contingit, quod non apparet, quo tem-
pore fuit appellatum, an præsumatur intra decem dies
interposita appellatio. Et præsumi præscriperunt Bald.
in l. oportet, §. scire, ff. de excusa. tut. Francus in c. bona,
nu. 20. de appell. Rim. sen. in l. 2. in fi. C. qui admitt. & Ce-
polla in cautel. 59. Quando est lata, in fi. Ceterum a præ-
dictis dissentiunt præmulti, vt idem Bal. sibi parū con-
stans in Auth. hodie, in princ. C. de appell. cū dixit, quod
probatio huius negatiua, tu non appellasti intra decem
dies non incumbit appellato, sed appellanti. Non ergo
præsumitur appellans intra decem dies appellasse, sic &
Compostellanus in c. cum dilectus, de electi. & ibidem
Butr. in fi. Gem. in c. Romana, §. si verò, col. 2. de appell.
in 6. Paulus Eleaz. in c. 3. loco, col. 1. de probat. Franc. in
c. 1. col. 4. de appell. Rota in decif. 30. in tit. de appell. in
nouis, & in decif. 13. in fi. de concessi. præbend. in Antiq.
Aret. in c. significauerit, in 4. notab. de testib. & ibidem
Fel. in c. 1. Idem Fel. in c. quoad consultationem, nu. 25.
de sent. & re iud. Lamber. in tract. de iure patr. lib. 2. p. 2.
art. 25. 1. q. princ. nu. 3. & in fine. Tiraq. de retractu con-
sang. §. 1. gl. 16. nu. 8. Mynfingerius lib. 3. sing. obseruat.
c. 15. verf. porro tertium. Et huius quidem sententiæ ea
est ratio, quia appellare intra decem dies, est quædam
extrinseca solemnitas, quæ non præsumitur, l. quæcum-
que, in fine de publicia. in rem. actio. Et propterea tem-
pus hoc appellandi præsumitur intra decem dies secundum alios,
censetur quodammodo de substantia ipsius appellationis,
ob id probari debet ab eo, qui appellasse sic asserit.
Ita Inn. in c. qualiter, de accus. His declaratur statutum
Papæ primum in ciuilibus, dum statuit, intra quatuor
dies a lata sententiæ esse appellandum.
Extenditur hæc sententia, vt locum habeat etiam si in
actis scriptum est, Caium appellasse a grauamine sibi
noto a decem diebus citra. Nam adhuc non præsumitur
appellasse intra decem dies. Ita Rota in decif. 39. si pos-
sessor, de appell. in nouis, & Fel. in d. c. quoad consulta-
tionem, nu. 25. verf. 3. conclus. qui hæc iuris rigore, non au-
tem æquitate vera esse scripserunt. Illud etiam addunt,
quod